Strozzi, Gregorio. Elementorum musicae praxis, utilis non tantum incipientibus, sed proficientibus ad delectationem . . . pars prima, & secunda, opus tertium. Napoli, Typis Novello de Bonis. 1683. RISM S6994.

Cover Title:

SANTA CRVX | MVSICÆ.

Engraving:

[Engraving of angel leading child with music in hand; putti and cross. Banner emanating from angel's neck reads: *In hoc signo vinces*; page of music in one putto's hand reads: *Vt re mi fa sol la*; page of music in another putto's hand reads: *Vt queant laxis &c*; words emanating from mouth of another putto looking toward cross carried by two other putti read: *AVE SANCTA CRVX Amab: Deſiderabilíſ.*]

Title:

ELEMENTORVM
MVSICÆ
PRAXIS.
Vtilis non tantùm incipientibus, ſed pro-
ficientibus, & perfeĉtis.
Incipientibus ad facilitatem artis,
Proficientibus ad deleĉtationem, & perfeĉtionem,
Perfeĉtis ad eruditionem compoſitionis.
Accedit
Nexus, & Sympatya Muſicæ, & Aſtronomiæ.
AVCTORE
REV. AC REGIO ABB.
D. GREGORIO STROZZIO
V. I. D. NEAPOL:
AC APOSTOLICO PROTON:
Pars prima, & ſecunda, Opus tertium.
NEAPOLI, M. DC. LXXXIII.

Typis Nouelli de Bonis Typographi Archiepiſcopalis.
Superiorum permiſſu.

Dedication:

TIBI
AVGVSTISSIMA
TRINITAS
Primæ, Ingenitæ, Ineffabili Harmoniæ,
Ad monadem TRIADI, ad numerum Vniſonæ;
Ad tempus Æternæ, ad modos Incommutabili;
Vno Ore, vno Verbo, vno Spiritu,
Abſolutiſſimæ;
Primigeniæ totius harmoniæ Parenti;
E Qua
Tempus tempora, numeri numerum, modi modum
Cæli, Sidera, Elementa
Symphoniſmum
Mirabili rerum omnium concentu hauriunt.
Hanc Elementorum Muſicæ praxin
vltimam tuæ echum harmoniæ
Deieĉto humi ad Maieſtatis tuæ NVMEN vultu.
D. D. D.
Gregorius Strozzius.
Le-

Note to Readers:

[page 1]

LECTORI TYPOGRAPHVS. |

SIſte leĉtor, ne te aurium ita abripiat voluptas, vt Muſicas ſta-|tim in notas inuoles, eaque negligas, quæ in operis veſtibulo | noſſe operæ pretium fuerit. ELEMENTORVM MVSICÆ | PRAXIN libri titulus præfert. Habet nimirum Muſica diſcipli-|nis cæteris par, atque omnium decus elementa, quibus conſtet. | Initio, cum rudis adhuc eſſet, ac paupere cenſu, e Grammatica | primam literarum hebdomadem mutuata eſt: huic ſuos illa nume-|ros illigauit, ac primum ſibi alphabetum confecit; At cum id non | tam bellè aptèque ad rudium inſtitutionem caderet, GVIDO | ARITINVS, e ſacra Benediĉti familia Philoſophus, idemque | Muſicus, nouis numerorum elementis, nouoque veluti alphabeto | Muſicen auxit. Is cum ad modos muſicos in Diui Ioannis per-|uigilio ſacer ille hymnus caneretur: VT QVEANT LAXIS | RESONARE FIBRIS, rapta è ſingulis carminibus gemina ſyl-|laba; VT ſcilicet, & RE, ex primo; MI, & FA, ex ſecundo; SOL, | & La, ex tertio, eas ſeptem Alphabeti literis addidit, atque ex | omnium complexu viginti literarum quoddam veluti ſiſtema ſta-|tuit, quo conformari, & graues, & mediæ, & acutæ voces commo-|diùs poſſent; ratus fore aliquando, vt prætermiſſa prima litera-|rum hebdomade ſex illæ ſyllabæ in perfeĉtius Muſicæ alphabe-|tum cederent. Id planè accidit, & ad faciliorem canentium nor-|mam, & ad Muſicæ ornamentum; vt enim è quatuor tantum ele-|mentis omnis in hoc Orbis Theatro rerum concentus exiſtit, ita è | ſex tantummodo elementis omnis Muſicæ Symphonia gignitur. | Id Auĉtor, vt opere, ac praxi veluti digito demoſtret, opus multo | vngue, moltoque elaboratum, expolitumque pumice profert. |

Habent hic Rudes, quo Muſicæ veluti myſterijs initientur; habent | Prouectiores quod diſcant, habent demum Perfecti diſciplinæ | huius Antiſtites, quod vel æmulationem, vel admirationem pro-|uocet. Ob oculos quippe Auctor exhibet Genus Muſicæ Quanti-|ta-|

[page 2]

tatiuum, quod Totum huius facultatis Continens dixeris. Ample-|ctitur enim abſolutas quatuor dotes, omneſque numeros, Modi | maioris perfecti, Minoris perfecti, Temporis perfecti, & Prola-|tionis perfectæ. Habes etiam Quinque genera proportionum, | Multiplicem, Superparticularem, Superpartientem; Multiplicem | ſuper particularem, & Multiplicem ſuper partientem, iuxtà men-|tē Euclidis, & Clauij in ſuis elementis lib. v. Quin etiā Mirabilis | planè Compoſitionis paradigma, vbi omnes Muſicæ nexus ſoluit; | adeò vt nihil vel ſcribi, vel cantum ad Choros Cani propemo-|dum poſſit, quin eos dumtaxat conſonos diſſonoſque numeros | reperias quos ipſe nectit ſoluitque. Demum egregiè facit ad | conſtructionem duplicium contrapunctorum atque ad peritiam | promptè tangendi cymbalum. |

Accedit, ad eruditionem, atque ornamentum Aſtronomiæ, ac Mu-|ſicæ fædus, atque alter veluti ſymphoniſmus; Zodiaci ſiquidem | ſignis duodecim tonos, quos aiunt Regulares; Semptem vero | Planetis; eorumque naturæ atque indoli muſicum Diapaſon ac-|comodat; tum Dignitates eſſentiales, atque Accidentales, Aſpe-|ctus, Configurationeſque ſiderum harmonicis numeris ad amuſ-|ſim exprimit, ac refert: adeò vt quemadmodum Aſtronomus | oculis, ita & Muſicus auribus, ac ſuperbiſſimo earum iudicio Ce-|leſte thema rectificare facili iucundoque negotio poſſit. Nec id | mirum videri cuiquam debet, quando è Platone, ac Pythagora | totam hanc rerum vniuerſitatem non niſi muſicam harmoniam | eſſe dedicimus, & ab Iſidoro lib. 3. c. 16. nullam ſine Muſica per-|fectam eſſe poſſe diſciplinam. Hæc ſatis ad operis rationem, quod | vbi nocturna diurnaque verſaueris manu Auctoris ingenium, | abſulutamque artis peritiam, vel ſi Ariſtarchus ſis ſuſpicies; ac | Muſicæ gratulaberis, quam vel è Cœlo in terras deuocat, vel è | terris effert in Cœlum, vt liquidiùs ſonet, ac puriùs. Vale. |

Reu. |

Laudatory Poems:

Ad
Reu. ac Regium Abbatem
Ac V. I. D. atque Apoſt. Prot. D. D.
Gregorium
Strozzium.

Epigramma.
Inc. Auth.

ARbiter expoſito Phæbus dum præſidet Orbi,
Temperat ad numeros mixta elementa ſuos;
Hinc omnis rerum diſcors concordia mundo eſt,
Hinc canit æternum noxque dieſque melos.
Par opus ingenio præſtas, dum muſica miſces
Arbiter innumeris, STROZZI, elementa modis.
Scilicet hinc vario ſeſe modulamine fundit
Altiùs harmonico quicquid in Orbe latet.
Ergo Naturæ genium dum ſedulus arte
Aſſequeris, meritò tu mihi Phæbus eris.
[orn.]

Ad eundem.
Epigramma.

Edere inauditum cæleſti è pegmate carmen,
Sidera, Pythagoræ, fabula nota fuit:
Aſt tua ſideribus dum fædere carmina neĉtis,
Ars eſt, quæ quondam fabula vana fuit.

Index:

Index Matutinæ, & Veſpertinæ partis.
Reuer. ac Regij Abbatis D. Gregorij Strozzi V. I. D.
ac Apoſt: Protonot:

[column 1]

Dignare me.
Can. Magnus eſſe vis? C. C.
Nemo ſibi ſolus. C. C.
Can. Diuerſa ab alijs. C. C.
Can. In via ſumus. C. C.
Can. Adhereat lingua. C. C.
Can. Omnium rerum percipia. C. C.
Fruſta iacitur rete. T. C.

Nihil eſt in intellectu. C. A.
Ego autem gloriabor. A. C.
Os Regis obſeruo. T. C.
Depone ſarcinam. B. C.
Cogitationes Conſilijs. A. A.
Nulla ætas. T. A.
Cito nauſeat. A. B.
Criminoſus Iudex. T. B.
Omnia vitia. B. B.
Facile eſt vincere, nō repugnātē. B. C.
Danda eſt remiſſio animis. C. T.
Ars deluditur arte. T. A.
Fili à iuuentute tua. C. A.
Quæ in iuuentute. C. A.
Aeoleam rabiem. C. T.
Can. Frater qui adiuuatur. T. T.
Can. Recupera proximum nel ten:
Can. In medio ſeniorum nel ten:
Homo ſanctus. T. C.
Stultus ſicut luna. A. A.
Simulator ore decipit. T. A.
Vir iniqus. A. A.
Humilia animam tuam. C. A.
Mulieris bonæ. B. B.
Homo peruerſus. C. A.
Boni ſine malis. T. T.

[column 2]

Aue Maris Stella nel ten.
Feſtina tempus. A. C.
Liberat animas. T. T.
Virum de mille. C. C.
Amico, & inimico. A. A.
Can. Virtus conciliat. nel ten.

PARS VESPERTINA.

Can. Primus addiſcendi ardor. T. T.
Can. Omni tempore diligit. C. C.
Arcta eſt via Cæli. C. C.
Vitaſti ſaragrandia. C. A.
Gaudent breuitate. C. C.
Si cadendum eſt è Cælo. B. A.
Amor amore conciliatur. A. C.
Qui prius reſpondet. A. C.
Qui ſpernit pauca. C. C.
Per durum iter. C. A.

Qui nauigant mare. B. A.
Qui rem intelligit. A. A.
Per nigredinem. C. C.
Durum eſt aſſueta. C. C.
Non ſemper fluuius. C. C.
Timidus miles. B. T.
Ferrum ferro. A. A.
Omnis natura. C. C.
Non bene pro toto. C. C.
Omnia ſi perdes. C. C.
Nili aratores. C. A.
Idem ſeruare amicum. T. B.
Non progredi nel ten.
Omnia tempus habent. C. T.
In labijs ſapientis. A. C.
Can. Quod ſit in vrbe. C. C.
Sonata di Baſſo ſolo. nel Ten.

Ad gloriam Sanĉtiſſimæ Trinitatis, ac Deipare ſemper Virginis Mariæ.

Contents:

Labor improbus omnia vincit   Contrapunĉtum duplum ad decimam cum ſuis obſeruationibus, & poteſt cani 12. modis, & tribus, & quattuor vocibus.
Aue maris ſtella   Duplum ad X. cum ſuis obſeruu

Pars Matutina

Can. Magnus eſſe vis?   à minimo incipe   C. C.   Can.   Diſce puer. Vt queant laxis reſonare fibris, &c.
Nemo ſibi ſolus ad vniuerſa ſufficiens eſt   C. C.
Can. Diuerſa ab alijs virtute valemus   C. C.   Ludus puerorum
Can. In via ſumus qua via pergimus   C. C.
Can. Adhereat lingua faucibus meis, ſi non meminero tui   C. C.
Can. Omnium rerum percipia parua ſunt, ſed ſus progreſſionibus uſa augentur   C. C.
Fruſta iacitur rete, ante oculos pennatorum   T. C.
Nihil eſt in intelleĉtu, quin præfuerit in ſenſu   C. A.   Varijs artibus vinciuntur
Ego autem gloriabor in infirmitatibus meis   A. C.
Os Regis obſeruo, & præcepta iuramenti Dei   T. C.
Depone ſarcinam, & inuenies medicinam   B. C.
Cogitationes Conſilijs roborantur   A. A.
Nulla ætas ſera eſt ad diſcendum   T. A.
Cito nauſeat, quidquid s'ine labor poſſidetur   A. B.
Criminoſus Iudex alterius eſſe non poteſt   T. B.
Omnia vitia in ſene ſeneſcit, auaritia ſola iuueneſcit   B. B.
Facilis eſt vincere, non repugnantibus   B. C.

Danda eſt remiſſio animis   C. T.
Ars deluditur arte   T. A.
Fili à iuuentute tua excipe doĉtrinam   C. A.
Quæ in iuuentute non congregaſti, quomodo in ſeneĉtute inuenies   C. A.
Aeoleam rabiem, totis exercet arenis   C. T.
Can. Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi Ciuitas firma   T. T.
Can. Recupera proximum, ſecundum vitutem tuam   nel ten:
Can. In medio ſeniorum ne adijcias loqui   nel ten:
Homo ſanĉtus, in ſapientia manet ſicut Sol.   Eccl. 27   T. C.   Malopene.   Quid lucidius Sole? & hic deficiet.   Eccl. 17.   Natura. [engraving of sun] ris. [*sic*] Πρωτοσ   Dorius, siue I. tonus Nat: Hilaris, Eccl. Serius
Stultus ſicut luna mutatur   Eccl. 27.   A. A. Clio. Nat. [engraved face of Clio] lis.   Δευτεροσ   Hypodorius, ſiue II. ton. nat. ad diapoſon ſuper   Meſtus, flebilis
Simulator ore decipit amicum ſuum   T. A.   Euterpe. Nat. [symbols] alis. Τριτοσ   Phrygius ſiue III. ton. Nat: Acerrimus, durus.
Vir iniquus laĉtat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam   A. A. Polinnia.   Nat. [symbols] lis   Τεταρτοσ   Hypofrygius, ſiue IV. tonus natur. ad diap. ſuper   Blandus, mollis
Humilia animam tuam preſbitero, & caput tuum magnato   C. A.   Erato   Nat. [symbols] lis. Πεμπτος   Lydius. ſiuè V. ton. naturalis   Petulans, criticus
Mulieris bonæ beatus vir &c.   B. B.   Erat, Talia   Nat. [symbols] & [symbols] lis. Εκτος Hypolidius, ſiue VI. ton. nat.   Pius, deuotiſs. lenis
Homo peruerſus ſuſcitat lites   C. A.   Terſicore   Nat. [symbols] lis.   Εβδομος Myxolydius, ſiue VII. ton. nat.   Indignans, rixoſus, ſuperbus
Boni ſine malis in hac vita, eſſe non poſſunt   T. T.   Melp. Ters.   Nat. [symbols] & [symbols] lis.   Ογδοος Hypermixolydius, ſiuè VIII. ton. nat.   Magnificus, felicis
Feſtina tempus & memento finis   A. C.   Erato, Talia, Euterpe   Nat. [symbols] & [symbols] lis.   Ενατος   Aeolius, ſiue IX ton. nat.   Suauis, deleĉtabilis
Liberat animas teſtis fidelis, & proferit mendacia verſipellis   T. T.   Erato Euterpe   Nat. [symbols] & [symbols] lis.   Δεκατος   Hypoeolius, ſiue X ton. nat.   Miſtis, amabilis
Virum de mille unum reperi, mulierum ex omnibus non inueni   C. C. Thalia Nat. [symbols] lis. Ενδεκατος   Ionius, ſiuè XI. ton. nat.   Iucundus, floridus
Amico, & inimico noli narrare ſenſum tuum   A. A.   Talia, Euterpe, Terpſic.   Nat. [symbols] & [symbols] lis. Δνοκαεδεκατος   HypoIonius, ſiuè XII. ton. nat. Specioſus, varius
Can. Virtus conciliat amicitias, atque conſeruat   nel ten.

Pars Veſpertina

Can. Primus addiſcendi ardor, nobilis eſt magiſtri   Ambr. de virg. lib. 2.   T. T. Muſicum docet Amor
Can. Omni tempore diligit, qui amicus eſt   C. C.
Arĉta eſt via Cæli, lata vero, quæ ducit ad perditionem   C. C.
Vitaſti ſara grandia, vitaſti ſaxa grandia, vide ne obruaris arena   C. A.

Gaudent breuitate moderni   C. C.
Si cadendum eſt è Cælo, cecidiſſe velim   B. A.
Amor amore conciliatur   A. C.
Qui prius reſpondet quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat   A. C.
Qui ſpernit pauca, paulatim decidet   C. C.
Per durum iter anhelat gloria   C. A.
Qui nauigant mare, enarrant pericula eius   B. A.
Qui rem intelligit, viam ad salutem excogitat   A. A.   Ottaua bandita
Per nigredinem, humanitas non mutatur   C. C.
Durum eſt aſſueta relinquere   C. C.
Non ſemper fluuius, aureas habet ſecuras   C. C.
Timidus miles vincere rarò ſolet   B. T.
Ferrum ferro exacuitur   A. A.
Omnis natura vult eſſe conſeruatrix ſui   C. C.
Non bene pro toto venditur auro libertas   C. C.
Omnia ſi perdes, fama ſeruare momento   C. C.
Nili aratores, Cælum non aſpiciunt   C. A.
Idem ſeruare amicum cum prudentia, quòd acquirere imperium   T. B.   Can. ad diapen. inferius Post vnum tempus
Non progredi in via Dei, eſt Retrogradi   nel ten.   Can.   Retrogrado
Omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſſeunt uniuerſa ſub [face of sun]   Ecc. 3.

C. T.   Quantitatiuum Genus
In labijs ſapientis inuentitur ſapientia   C. T. A. C.   Parab. Sal. c. 1.   V. genera Proportionum   Cunĉti nexus Muſicæ ſoluti

Can.   Quod ſit in vrbe, ſit in Orbe   Can. ad vnis   Erit Concentus Omnium, notas audire tuas   C. C.
Quae Soli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe   Eccl. 4.   Sonata di Baſſo ſolo   nel Ten.   Per Cimbalo, & Arpa, ò Leuto

Part-books:

[CANTVS] [*]^4, A-M^{48} 104pp. Engraving. Dedication. Poems. Index.
[TENOR] [*]^4, A-M^{48} 104pp. Engraving. Dedication. Poems. Index.

Remarks:

Quarto format. Text of *Omnis natura vult* consists merely of solmization syllables. *Quem rem intelligit* follows *Ferrum fero* in Tenor part-book. Texts given above under contents are full texts given in part-books. Word "Naturalis" in rubrics is split by various symbols in the middle, which appear to signify the names of the muse or muses at the beginning of each of the pieces in the twelve modes. Copies consulted: **I**-Bc, Nc. RISM S6994.